

uicinorum aedificia. locus duorū
pedū & semipedis. ad circum eundi
facultatem relictus. & ab ambulan
do dictus. orbita uestigiū carri.
ab orbe rotae dicta. Porro actus.
quo pecus agi solet. Cliuosū. inter flexu
osum. Uestigia sunt pedū signa. primis
plantis expressa. uocata quod his
uiae precurrentiū. inuestigentur
id est agnoscantur.

INCIPIUNT CAP LIB XVI. IDEST
DE GLEBIS EX TERRA. UEL AQUIS.
DE OMNI GENERE GEMMARŪ
ET LAPIDŪ PRETIOSORŪ ET UILIŪ.
DE EBURE QUOQ. INTERMARMOR
NOTAT. DE UITRO. DE METALLIS
OMNIBUS. DE PONDERIBUS
ET MENSURIS.

I de puluerib; & glebis terrae.
II de glebis ex aquis.
III de lapidibus uulgaribus.
IIII de lapidibus insignioribus.
V de marmoribus.
VI de gemmis.
VII de uiridibus gemmis.
VIII de rubris gemmis.
VIIII de purpureis
X de candidis.
XI de nigris.
XII de uariis.
XIII de cristallinis.
XIIII de aureis.
XV de uitro.
XVI de metallis.
XVII de auro.
XVIII de argento.
XVIIII de aere.
XX de ferro.
XXI de plumbo.
XXII de stagno.
XXIII de electro.
XXIIII de ponderibus.
XXV de mensuris
XXVI de signis ponderum.

I. DE PULUERIBUS ET GLEBIS TERRAE

PULUIS DICTUS. QUOD UI PUL
setur uenti. tollitur enim eius flatu
nec resistit. nec stare nouit. sicut
ait propheta. tam quā puluis quem
proicit uentus a facie terrae.
Limus uocatus. qd lenis sit, cenū est
uoce goluti. Cinis ex incendio dicitur.
ab eo enim fit. Fauilla qd per ignē effec
ta sit. Nam fos ignis est. Gleba quod sit
globus. Puluerisenī collectione con
pingitur. & in uno glomere coadunatur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0477